





1466.

1595,1

7

D. O. M. A.

DISPUTATIO FEVDALIS  
PVBLICA PRIMA, CONTINENS,  
originem, definitionem & diuisiones  
feudi, item quomodo emphyteusis â  
feudo differat, quid ea sit, quidq;  
de ea iuris statuendum.

*Ad quam*

PRAESIDE CLARISSIMO VIRO  
Dno. Statio Borcholten Rostochiensi  
I.V.D.in illustri Iulia publicè respon-  
debit

MARTINVS KOYNE FRISACCENSIS  
Marchicus, Habetur disputatio, 6. Id. Nouemb.  
in auditorio maiori hora & loco consuetis.

*Virtutum præmia merentibus sunt tribuenda.*  
*I. 4. C. de statuis.*

HELMAESTADII  
Excudebat Iacobus Lucius. Anno  
M. D. XCV.

VIRO MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CLARISSIMO, ET  
plurimarum rerum usu præstantissimo, Domi-  
no CHRISTIANO, LAMBERTI magni I. C. Filio,  
DISTELMEIERO, Domino in Rabensleben & Mals-  
dorf/ I.C. Illustrissimi Electoris Brandenburgici, Domini  
IOHANNIS GEORGII, consiliario intimo, & to-  
tius Marchiæ Cancellario dignissimo, Domino,  
patrono ac Mecœnati meo, multis nomi-  
nibus colendissimo.

S. P. D.

**V**am arduum sit Iurisprudentia studium,  
Nobiliss. Excellensiss. ac magni consilij & virtutis vir,  
Mecœnas, omni animi, obseruantia colende, nemo vel  
mediocriter in ampio illo, & profundo iuris oceano ver-  
satus, ignorat. Etenim in iure ciuili, multa ad hec usq; tempora, vel-  
uti Chaos confusa, & indigesta reperiuntur, multa disersa ac mu-  
tilata leguntur, quæ à compilatoribus & iuris autoribus, ad certum  
ordinem, & ad rectam, conuenientemq; methodum, non sunt reda-  
cta: Multæ quoq; res nequaquam satis adhuc explicatae sunt, & quam  
plurimæ leges, vel ipso iure & natura, vel quadam circumstantia in-  
ter se pugnare videntur, que tam clare ac firmiter concipi ac proponi  
non possunt, quin semper aliquid eliciatur, quod in disquisitionem dis-  
ceptationemq; vocare possint, homines ad excogitandum argutissimi,  
& ad disputandum subtilissimi. Hoc etiam affirmat Sacratiss. Imp.  
Justin. in Nouell. 44. c.. ubi inquit: Nihil inter homines sic indubi-  
batum est, licet etiam iustissimum sit, quod non auxiam quandam &  
solicitam

solicitam dubitationem suscipiat. quod verissimum est, & mero me-  
ridie manifestius. Nihil enim adeo certum est, & tam bene accom-  
mode constitutum, ut non possit controuerii, deg. eo quodammodo du-  
bitari, præsertim ab illis, qui subtile esse, haberig, student. Tanta  
quog, de quibusdam materiis, est varietas Dd. & tantus conflictus,  
qui ipsi, suis acuminibus se compungunt & vellicant, & multa inue-  
stigando reperiunt, non modo ea, que iam non possunt ipsi diluere, ve-  
rum etiam interdum recta immutant, ut pauci reperiantur qui idem  
per omnia sentiant, & unam eandemq, sententiam defendant, ut cuè  
ad stipulandum sit, Iuris tyrones plane nesciant. Quapropter, cum  
eam Iurisprudentiae perfectionem, exquisita accuratag, methodo mi-  
nimè confectam, non habeamus. quam merito exoptamus, ut minorè  
ac facilitiori labore, ad studiorum fructus, & ad forum, peruenire pos-  
simus, opus est assidua & indefessa exercitatione, & sagacissima in-  
dagine, ad venandam & investigandam, tot rixis, tot litibus, quasi  
spinis & sentibus obsitam, aut quasi salebris intricatam iuris cognitio-  
nem, que (sicuti nulla quog, ars, & disciplina) absq, crebra & fre-  
quenti exercitatione, percipi & addisci nequaquam potest. Consistit  
autem hæc exercitatio, omnino in diligentia & assidua lectione & dis-  
putatione: Legendo omnia, que in uniuerso iuris corpore copiosissimè  
traduntur, & magnam etiam & quasi infinitam commentariorum  
molem, degustare & exequi possumus, disputandi vero exercitio, quod  
in ratione mentisq, iudicio consistit, veritatem abditam, abstrusam  
& densis interdum obscuritatibus inuolutam, & in legib. latenter  
elicimus & assquimur: Arguendo enim & disputando veritas euin-  
citur. argum. l. munerum s. mixta ff. de munerib. & honor. In ciui-  
lis philosophie studio quam necessarium sit hoc exercitium, docet. Fab.  
lib. 12. c. 2. ubi affirmare non erubescit, iuris eruditionem, potissi-  
mum in disputando versari. Etenim sine hoc studio nec in scientiis  
ordo, nec in disciplinis methodus, nec in rebus series vlla, vix inue-  
niri potest. Eruditæ quoq, & placide collationes, iudicium in discendo  
accidunt, assensum in veris sententiis confirmant, & ad refutationem

falsorum argumentorum nos reddunt instructiores. Hoc quoq; agunt  
nostræ disputationes ut in viramq; partem dicendo & audiendo, eli-  
ciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit aut ad id  
quam proximè accedat, ut testatur M. Tul. 4. Tuscul. quest. Licet au-  
tem omnium rerum verissima ratio reddi non possit, ut affirmat  
Ictus. in l. non omnium 20. ff. de ll. tamen arguendi beneficio, ratio  
probabilis excogitari, atq; effectus causa, si non evidenter & perspi-  
cuè, certè verisimiliter reddi potest. In hoc studio præter alios valde  
desudauit Iacobus Cuiacius Ictorum facile princeps, qui ingenij boni-  
tate, durißimos in Iurisprudentia labores, & difficilimas antinomia-  
rum conciliandarum, & Sophisticarum disputationum salebras, sum-  
ma cum laude & fructu, felicissimè superauit ut cuilibet innotescit,  
& præclara eius testantur monumenta. Cum igitur hac nostra etা-  
ze in Academiis, & maximè in hac celeberrima Iulia, hæc laudabilis  
& optima consuetudo recepta sit, ut illi qui exercitijs gratia, proposi-  
tiones aliquas ex fontibus depromere & conscribere, & publicè priua-  
simè aliis excutiendas examinandasq; exponere, aliorumq; doctissi-  
morum perpolito iudicio & censuræ subiçere, constituerunt, illustres  
aliquos & magnificos patronos deligant atq; cooptent, qui eos contra  
Momorum & Sycophantarum improbos morsus, cum manifestissimis  
calumniis coniunctos defendant, ac vindicent. Horum ego exempla  
imitari volui, & propterea hanc primam, ex Collegio nostro feudali  
publico, disputationem, utilissimam & frequentissimam feudorum &  
emphyteusis materiam continentem, persuasu Clarissimi & Consultissimi  
viri Domini ST ATI I. Iohannis celeberrimi I. C. filij, BORCHOL-  
TEN præceptoris mei honorandi, adductus, publicè proposui, & pro  
ingenij tenacitate defendere conatus sum, ac proinde te nobilitate,  
virtute, eruditione, grauitate, & honore florentissimum eligendum  
censui, cui hanc Iuris feudistici & emphyteut. materiam inscribe-  
rem, & submissè offerrem. Quaruis autem T. M. magnis & graui-  
simis rebus occupatae, nulla amplius negotia viderentur faceienda,  
nihilominus tamen fratres illi germani à Queste Nobilissimi viri,

heredi-



hereditarij in Garbe/ affines tui charissimi & horum patris pie defuncti, honestissima relicta vidua, nobilis & optimae tue coniugis soror, quam scio magno conatu ac molimine eniti, & laborare, ut me T. M. commendare & committere possit, me hortati sunt, ut si quod exiguae eruditionis specimen essem editurus, T. M. consecrarem, quod faciendum duxi, cum exploratum haberem, te pro eximia tua eruditione, & plurimarum rerum usu ac cognitione, studiosos, & eruditos omnes, incredibili amore & fauore prosequi, in iisq; iuuandis & promouendis, omnem operam & studium, locare & figere solere. Quapropter hasce propositiones, T. M. in qua tota mea salus nititur, omni animi submissione, inscribo & dedico, neutquam dubitans, quin pro prompta ac propensa tua, cum erga omnes liberales artes, tum erga præstantissimam iuris scientiam, voluntate, sis suscepturus, & per interualla ac succisiuis horis, si quando ab asperitate forensi, & grauioribus seriis, rebus respirare liceat, perlecturus, & me si dignum putas tuo patrocinio, quam maximè tibi commendatum sis habiturus. Ego vivissim ut pater cœlestis, qui cuncta fulcit ac sustinet, te diutissimè soſpitem ac in columem conseruet, rucaturq; & in omnibus felicem progressum incrementaq; conferat, quam plurimum exopto. Helmstädy 4. Nonar. Nouemb. Anno 95.

T. M. & H.

omni obseruantiae cultu addictissimus  
Martinus Köyne Respond.

A 3

De feu-

A. D. O. M.

De feudis (quæ qui fulcra Sacri Romani Imperij dixerit, non errabit) acturis nobis operæ pretium videtur, ipsius rei originem & principium, quāuis id in tanta Dd. dissensione difficile sit, primo loco inquirere.

Th. I.



Eudorum autem principium, ex Gerhardi Nigri sententia antiquissimum est, ideoq; nos à Romanis illud esse concludimus, licet nomen feudi ipsum, & pleraq; alia, quæ ad feudorum ius hodie pertinent, à Longobardis desumpta esse constet.

c. vn. §. quia vidimus, de his qui feud. dar. pos. & ibi Cuiac. Idem lib. 8. obs. 14. Zaf. in l. 2 ff. de orig. iur. Oldend. Class. s. de act. benef. Matth. de Afflict. in prælud. feud. n. 29 & alijs allegati à parente meo in tr. feudal. c. 2. n. 3. vñq; ad 12. Peßimè ergo à Nimrode Feudorum initium deducitur, vt Niellius tradit 1. disp. feud. th. 1. Dissent. quoq; permultos allegat Rosenthal. c. 1. conclus. 6. lit. b.

2. Ius vero ipsum feudale quod attinet, illud ex moribus Longobardorum desumptum, à priuatis quidem hominibus conscriptum<sup>a</sup>, ab Imperatoribus tamen tacite comprobatum, & communi omnium consensu receptum, vim legis, quemadmodum quælibet alia consuetudo<sup>b</sup>, merito habere dicitur<sup>c</sup>, vt omnes Romano Imperio subjecti, eo teneantur<sup>d</sup>.

a. Schneid. in prælud. feudor. in pr. Zaf. e'bid. n. 1. Francif. Conan. lib. 1. comment. c. 10. Andr. de Iser. n. 17. Preposit. n. 6. c. 1. 7. Iason. de feud. n. 1.

b. 1. de quibus cum concordant ff. de ll. & tot. tit. C. cod. Manet namq; ius feudorum consuetudo, nec propterea quod in Scripturam redactum est, ius scriptum esse incipit, text. in c. vn. de feud. cognit. cum ea lex scripta dicatur, qua ab initio publica autoritate, in scriptis est proposita, arg. l. 32. 33. & 35 ff. de ll. l. 8. C. cod. c. Quæ est communis Dd. sententia, ut constat.

constat ex his, quæ à parente meo allegantur d.c.2.n.30. Curt. Iun. part. 1.  
quæst. 2. Sed tamen per scripturam iuri feudali additam, illud effectum  
est, ut probatione non egeat, quemadmodum nec alia notoria consuetudo  
Curt. Iun. part. 1. quæst. 1.n.12. & 13.

3. Quanquam & illud negare non possumus, inspectis  
constitutionibus Imp. iuri feudali commixtis, in ea sui  
parte, ius feudale legis scriptæ vim, & formam habere.

arg. leges 9 C. de LL. Schrad. in tract. feud. part. 1. quæst. 1.n.10.

4. Sed an ius feudale, quod vero nomine consuetudi-  
nes feudales dicimus, ad decisiones causarum non feudali-  
um, allegari possit, quæstionis est? Quod ita affirmamus,  
si in ratione naturali fundatum sit, & iuri Romano Scripto  
non contrarium.

parens meu d.c.2.n.32. & seqq. Hic immisceri potest illa quæstio, quonia-  
m consuetudinis mentionem fecimus, quid consuetudo sit, ita ut ex defini-  
tione, requisita quoq; etius deprehendi possint. Hac ergo ratione, nos  
eam definimus: Consuetudo est ius non scriptum, tacito consensu totius  
populi, aut maioris eius partis, certa ratione introductum, & diurno  
tempore, atq; frequenti usu approbatum, interueniente aliquo contradic-  
torio iudicio §. sine scripto Inst. de iure natur. gent. & ciuil. l.6. ff. de inst.  
& iur. l.19. ff. ad Municipal. l.37. ff. de ll. l.1. C. quæ sit longa consuet. l. 32.  
33. 34. & 35. ff. de ll. Dinturnum autem tempus 10. annos definimus, Schn.  
Mynd. Angel. Aret. & Parens. meu. in d. §. sine scripto.

5. In feudalibus tamen causis decidendis, etiam ius ci-  
uile recte allegatur, vbi nimirum nec ex tenore inuestitu-  
ræ, nec ex loci consuetudine, nec ex consuetudine gene-  
rali feudorum, quæstio aliqua incidens decidi potest.

c.1. de feud. cognit. c.1. de duob. frat. à Capitan. c. vn. vers. quomodo in quib.  
causis feud. amitt. arg. l semper in stipulat. 34. ff. de R. I. Alu. rott. in d.  
c. vn. de feud. cognit. §. 1.n.5. Non tamen hic negamus, iur. etiam Canonici-  
cum in questionum feudalium decisione, allegari posse ratione forti, & cer-  
tis casibus in verog; foro Curt. Iun. d. p.1. quæst. fin. Rosenth. c.1. conclus.  
12.

6. Consequens his erit, vt de ipsius nominis origine, &  
defini-

definitione videamus: Et feudum quidem à fide appellatum, cum Oberto & communi Dd. Schola, credimus, licet alij aliunde illud deducant.

vide h̄c Paren. meū. c. 1. v̄sq, ad n. 9. Feudi enim substantia in sola fidelitate subsistit. Claud. Seysel. in Specul. de definit. & inuenit. feud. col. 8. Molinanus in consuetud. Paris. tit. 1. in pr. n. 53. Ludolph. Schrader. in suo tr. feud. part. 2. c. 1. n. 4. & 5.

7. Definimus autem feudum, beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis, apud dantem remaneat, vsusfructus verò ita ad accipientem transeat, vt ad eum, heredesq; ipsius, masculos, siue fœminas, si de his nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ille & sui heredes fideliter Domino seruant, siue seruitum illud determinatum sit, siue non, idq; ex Oberti sententia.

c. vn. in quibus causis feud. amitt. Quod si quis aliam definitionem breuiorem à nobis querat, ei ita respondebimus. Feudum est ius alienare, perpetuo utendi fruendi, à Domino ex liberalitate alicui concessum, ut ei fidelitatem praestet, non tantum ipse sed etiam eius heredes. p. ext. in c. vn. in quib. caus. feud. par. meus, d. c. 1. n. 11. & seq. Male ergo Duarenus feudum accipit prore ipsa, qua in feudum traditur, in suo tract. feud. c. 2. Male quoq; Rosenth. cum communi errore, utile rei dominium in vasallum transferri ait & ineptè parentem meum reprehendit, d. c. 1. conclus. 4. cum nullum directum, nullum utile dominium sit, sed unicum duntaxat verum dominium, sublata etiam antiqua, inter dominum in bonis, & ex iure Quiritum differentia, per l. vn. C. de nudo iur. Quir. tol. Quandog, tamen feudum pro ipso contractu feudali accipiatur, Myns. cent. 5. obs. 65. n. 2. & Dd. communis tunc hac ratione illud definimus, quod sit contractus, in quo res aliqua, ea lege gratis utenda fruenda datur, ut is qui rem accipit, ei à quo eam habet vicissim fidem & obsequia exhibeat.

7. Diuisio feudi prima hæc est, quod aliud est proprium, quod scilicet habet propriam feudi naturam; aliud impro prium, quod propriam feudi naturam non habet.

Rubrtca



Rubrica de consuetud. re Et i feud & rubric. de feudo non habente propriam feudi naturam. Constat autem propria feudi natura in requisitis, quorum superius in definitione mentio facta est. vide parent. meum c. 4. n. 25.

9. Illud rursus diuiditur in ecclesiasticum, quod vel ab ecclesia, vel ab ecclesiastica persona, nomine ecclesiae conceditur, & seculare, quod à laico confertur, siue laicus, siue clericus id accipiat.

c. vn. §. 1. quib. mod. feud. constit. pt. c. vn. in pr. si de inuestitura inter dom. & vasal. lis oriatur c. vn. de cler. qui inuest. fac. c. vn. qui testes sunt neces. c. vn. de inuestit. veter. & nou. feud. Parens mens. d. c. 4. n. 12. in fin.

10. Rursus diuiditur feudum in regale, quod annexam dignitatem regalem habet, & non regale, quod eius dignitatis expers est.

c. vn. de feud. March. c. vn. quis dicatur dux Martin. Laudens. in c. vn. n. 3. de his qui feud. dar. poß. Iacobin de Sancto Georg. de feud. super verb. in feudum n. 5. Parens mens d. c. 4. n. 12. Sola namq; dignitas annexa feudum regale facit, non persona eius, qui feudum confert. Schneid. part. 3. n. 3. Sonsbeck part. 3. n. 3. Par. meus d. lo.

11. Huic proxima illa diuisio est, qua feudum aliud nobile, aliud ignobile dicitur. Illud tum demum nobilitatem conferre existimamus, si à concedente, qui potestatem nobilitandi habet, expressè ita concedatur, ut nobile sit, & nobilitatis dignitatem in accipientem conferat.

Zaf. de feud. part. 2. n. 5. Duar. c. 4. n. 8. Tyraquel. de nobilit. c. 17. n. 4. Rosenth. c. 2. conclus. 5. Nec tamen ab hac sententia alienum est quod Parens meus post Cuiac. d. c. 4. n. 14. ait, eos vere nobiles esse, qui longam annorum seriem numerare possint, qua feuda, onusq; militæ eis annexum, in familia ipsorum resederint. Nam & hoc ita intelligendum putamus, si ab initio illud feudum, expressè ut nobile concessum sit.

12. Feudum quoq; in ligium, & non ligium diuiditur. Ligium est in quo domino à vasallo fidelitas, contra omnes, nemine excepto promittitur. Non Ligium contra, in quo aliquis excipitur.

a c. vn. §. satis benedispositum de prohibit. feud. alien. per Lothar. Feudum autem ligium à nemine, nisi ab Imperatore, aut eo qui superiorem non recognoscit, concedi posse credimus, cum alias Imperator, ab omni fidelitatis iuramento excipiendus sit, aut exceptus saltem intelligatur c. vn. §. fin. de prohibit. feud. alien. per Frider. & ibi Dd. Alexand. consil. 76 col. vlt. circa med. ltb. 2. Duar. c. 4. n. 12. Rosenthal c. 2. conclus. 8. Disser- tit. Curt. lun. part. 1. quæst. 8. n. 23. Dictum autem est ligium feudum, quod vasallum liget & obstringat domino, contra omnes homines eiq. vasallum cum omnibus bonis suis, etiam non feudalibus subiicit. Curt. d. lo. n. 26. VVes. c. 2. n. 9. Ea ratione & hic ea incidit quæstio, An quis duorum domi- norum, vasallus ligius esse possit? Affirmant id alij, sed nobis communis negantium sententia placet, nisi forte illud contingat, ratione successionis. Gail. de arrestis c. 6. n. 26. & 30. b Curt. innior. quæst. 8. n. 22. Par. meus d. c. 4. n. 22.

13. Huc etiam illa feudorum diuisio pertinet, qua aliud dicitur nouum, aliud antiquum, aliud paternum: Nouum illud dicimus, quod in eius persona consistit, à quo nouiter acquisitum est, siue villa successione a. Antiquum, quod ab ascendentibus, qui ultra quartum gradum sunt, acquisitum est b. Paternum, quod ab aliquo ascendentium usq; ad quartum gradum acquisitum est.

a c. vn. §. nouum. qui testes sunt necessarij. Roland. à valle consil. 60. n. 4. in 1. volum. Curt. Iun. d. lo. n. 5. Molinaus in consuet. paris. tit. 1. §. 5. n. 79. c. vn. de success. frat. c. vn. de frat. de novo benefic. in vest. Clarus in §. feudi. q. 8. n. 1. Duar. c. 4. n. 10. Albert. Brun. consil. 68. & reliqui feudist. paßim. Sed an domino, feudum antiquum ut nouum concedente, feudi illius na- tura in præiudicium agnatorum immutetur, hoc loco quaritur? negati- me nos calculum subdimus c. vn. in fin. An agnat. vel filius defunct. & ibi Dd. Bald. Aluarot. Laudens. & plures alij quos refert parens meus d. lo. n. 10. Geil. lib. 2. obs. 49. Contra tamen, si nouum feudum concedatur ut an- tiquum, per hanc concessionem feudi natura, quoad, iuris effectum im- mutatur. Iser. in c. vn. de controvers. feudi apud pares. Communiter feu- distæ relati à parente meo d. lo. n. 6. b Aluarot. in c. vn. §. hoc quoq; ob- seruantur de success. feud. text. ibid. circa. quod illud obseruandum, feudum in dubio antiquum potius, quam nouum præsumi c. vn. §. si vero dominus

de suc-

de success. frat &c. vn. in pr. si de feud. defunct. content sit, & ibi feud. iste  
communit. Menoch. de arbit. iud. quest. lib. 2. cent. 2. casu 191. & lib. 3. pre-  
sumt. 93. Parens meus d. lo. n. 3. Quod tamen ita procedit, nisi feudi do-  
minus in possessione eius sit. Dd. d lo. c. c. vn. §. hoc quoq; obseruatur  
de success. feud. & quoad effectum hoc feudum ab antiquo nihil differt,  
ut feudist. communiter tradunt. Ideoq; illorum sententiam cum Rosen-  
thal d. lo. conclus. 6. minime probandam censemus, qui feudum nomina-  
tim, ut paternum concessum, ultra quartum gradum non extendi di-  
cunt. Circa hanc quoq; thesin, illa questio non inconuenienter monetur, se-  
dominus prædium allodiale alicuiusfeudum concedens, antiquis feudiis il-  
lud inserat, quo iure illud censeatur? Et nouum illud feudum manere,  
cum quibusdam nobis placet VVes. de feud. c. 2. 7. a. part. 3. in fin. n. 8. Ro-  
senth. d. lo. concl. 2. Quid autem, si dominus hoc modo antiquam emphyteu-  
sin alicui infeudum, concedat? tum antiquum illud feudum dicere non  
dubitabimus per Z. a. f. d. lo. n. 5.

14. Accedit nunc postrema feudi proprij diuisio, qua  
aliud hereditarium esse dicitur, aliud ex pacto & prouidentia a. Hereditarium dicitur, id quod alicui pro se &  
heredibus concessum est b. Ex pacto & prouidentia, quod  
alicui pro se & liberis, nulla heredum facta mentione  
concessum est c.

a Arius pinel. in l. a. C. de bonis mater. pare. 3. n. 96. And. de Iser. c. vn. §.  
& olim. de success. feud. Alexand. consil. 55. n. 6. lib. 4. & plures alij relate  
a parente meo d. lo. n. 16. Rosenth. d. lo. conclus. 23. Et hac distinctio, licet a  
Dd inuenta sit, maximam tamen summamq; utilitatem habet, ideoq; non  
est contempnenda aut reiectanda. Hart. p. 1. part. 2. quest. 1. in pr. & n. 1. 2. &  
3. & Dd. d. lo. b Curt. Inn. p. 1. q. 8. n. 19. & Dd. d. lo. Sed feudum in dis-  
bio an hereditarium sit, an vero ex pacto & prouid. dicendum sit, magna  
Dd. concertatio est. Et licet magni virti illud hereditarium esse existi-  
ment eaq; sententia rationibus non destituatur, tamen quia contrariam  
sententiam in Camera Imperiali receptam viderimus; illam merito sequi-  
muri. Myns. Cent. 4. obs. 2. parens meus d. lo. n. 19. vid. Rosenth. d. lo. conclus.  
25. ubi contrarium sentit. c And. de Iser. d. c. vn. qui feud. dare tene-  
ant. & Dd. sup. allegat. Rosenth. conclus. 25. ubi notandum feudum illud  
esse ex pacto & prouidentia, quod quis accepit pro se & descendentiis,

non etiam illud, quod quis acceptit pro se & suis Curt. sen. Concl. 3. n. 3. Pinel. d. lo. n. 20. VVes. d. feud. c. 6. & Rosenth. d. lo. Hodie vero omnia feuda, ex pacto & prouidentia esse, tradit Gail. lib. 2. obs. 15 4. n. 20. Hic etiam illum obseruandum, esse quoddam feudi genus, quod mixtum dicitur, quod nec hereditarium solum est, nec ex pacto & prouidentia, & vasallo conceditur pro se & filiis & heredibus. Iul. Clar. in §. feud. quest. 9. par. meus d. lo. n. 18. Rosenth. Concl. 26.

15. Hæc de præcipuis feudi proprij speciebus hactenus. Impropij feudi species à Dd. hæ recensentur: Feudum Guardiæ, Gastaldiæ de Camera, de Caneua, fœmineum francum, conditionatum, emptitium, & illud, in quo proprietas vel dominium in vasallum transfertur & similia, quæ cum priorum feudorum natura & qualitate collata, facile ab illis discerni possunt.

De his omnibus vide paren. meum d. lo. n. 25. & seqq. Aluarot. diuis. 12. VVes. c. 2. & post multos Rosenth. conclus. 30. cum seqq. Feudum tamen emptitium, alij feudi proprij speciem faciunt, in quarum sententia est Hart. p. 1st. part. 2 quest. 34. n. 8. & 9. idemq; vulgo de conditionato statuant, priores nos probare non possumus, posteriorum vero sententiam disputationi causa sequemur propter definitionem, ab oberto traditam in c. vn. in quib. causis feud. amitt. Illud de feudis impoprijs generaliter tenendum est, licet ea in quibusdam recedant à communi feudorum lege, tamen in reliquis quæ per pactum inuestitura illis specialiter adempta non sunt, priorum feudorum naturam sapiunt. c. vn. de feud. non habent. prop. na. feud. Curt. part. 1. quest. 6. Clar. in §. feud. quest. 16. n. 2. & parent. meus d. lo. n. vlt.

16. Nunc priusquam in nostra hac feudali materia progrediamur, operæ pretium esse ducimus, de emphyteusi quædam hui c disputationi adiungere, tum quod ea magnam cum feudo cognationem habet a, tum quod à feudo ad emphyteusin, validum esse argumentum Dd. aiunt b.

a. Sic namq; futurum speramus, ut studiosi iuuenes, recte discernant, in quibus feudis cum emphyteusi conueniat, & in quibus hæc duo, separata diuersaq; sint, & in hac quoq; parte sequimur parentem meum in tr. feud. c. 3. b. Bartol. in l. si mihi & Tit. de verb. ob. Iason. in l. 1. C. de iur. emp. h.

[emph. Declarans respons. l. 23 in 7 in 3. volum] Et ob hanc quaq; rationem,  
hoc in loco vel maxime de emphyteusi agendum est, ut iuniores quibus  
haec generalis regula cognita est, discant, quomodo de hinc, propter co-  
gnationem feudi & emphyteuseos, ab uno ad alterum recte argumentari  
debeant.

17. Emphytensis autem cum communi Dd. schola defi-  
nimus, quod sit contractus *a*, quo dominus prædium vten-  
dum fruendum, emphyteuticario concedit, ea lege, vt id  
melius & cultius reddat, & certam annuam pensionem  
præstet *b*.

*a* Et quod contractus sit, de eo nullum est dubium, in eog; omnes con-  
sentient Dd. in tit. C. de iur. emph. Sed sitne contractus iuris gentium vel  
ciuilis? de eo maior est Dd. concertatio. Nos vt omnis disensio compo-  
natur, distinguimus inter originem & formam mutationem, atq; nomen,  
vt quoad originem sit reuera iurisgentium, per text. expres. in §. adeo  
I. de locat. & conduct. quoad formam vero hodiernam à Zenone immutata,  
& nomen certum, sit iuris ciuilis. Atq; in hoc feudum ab emphyteusi dif-  
fert, feudum enim consuetudine tantum firmatum est vt sup. diximus vi-  
de quæ hic late sunt tradita à parente meo de feud. c. 3. n. 2. & 3. Sed nomi-  
natus an innominatus hic contractus sit? aque dubitatur. Nos eum ho-  
die nominatum esse defendemus. Iason. in l. 1. n. 69. & ibi Sichard. n. 46. C.  
h. t. Corasius in comment. ad hunc tit. mihi pag. 3. in præm. Num itidem  
stricti iuris an vero bona fidei sit questionis est? & quanquam communis  
est opinio, quod stricti sit iuris, tamen nos disputandi causa videbimus  
an defendi posse, esse eum bona fidei cum Conan. lib. 7. Comment. c. 12.  
Vves. inst. §. adeo in. de locat. & cond. Donel in §. action. n. 39. inf. de act. It-  
lud hic notandum. emphyteuseos verbo utrumq; continere & negotium  
sive contractum, & ius ipsum in re quemadmodum & de feudo supra di-  
ximus *b* Dd. Communiter in §. adeo inst. de locat. & conduct. & intit.  
C. de iure. emph.

18. Pro ratione autem rerum, quæ in emphyteusin dā-  
tur, eam in dupli differentia esse statuimus, vt alia sit ec-  
clesistica, alia ciuilis *a*. Illa qua res ecclesiæ ab œcono-  
mo, alijsq; ecclesiæ administratoribus, alicui in emphy-  
teusin

reus in dantur b. Ciuilis contra quando res priuatæ vel ci-  
uiles in emphytensis dantur à domino c.

a VVes.in parat ff si ager.vect.pet.n.2. b Nouel.7.c.4. & Nouel.120.  
An autem laico huiusmodi res in emphytensis concedi possint? quod cum  
Iul.Clar.affirmare non erubescimus, in § emphyt. quest.6. c tot.tit.C.  
de iur.emph. & tot.tit.si ager vect. Domini autem appellatione hic signi-  
fificantur omnes qui prædia pleno iure possident & habent, & quibus re-  
rum suarum administratio interdicta non est. Parens.meus d.lo. n.4.  
Iason in d.l.1.n.38 & 39.C.h.e.

19. Emphytensis porrò consistere in immobilibus tan-  
tum, manifesti iuris est, ijsq; corporeis, non incorporeis.

§. adeo inst.de locat. & cond.l.1.si ager vect Iason. & Dd.in l.1.C. h.t. Sed  
num in ædibus etiam consistat emphytensis? Hoc alij affirmant. nobis cum  
Donel. illud negandum videtur.lib.9.Comment c.13.

20. Constituitur emphytensis, mutuo contrahentium  
consensu a, scriptura interueniente b.

a Namq; conuentio partium maxime necessaria est ut com. Dd est opi-  
nio in d. §. adeo & d.l.1.C.h.t. b Scripturam autem omnino desidera-  
mus, nec eam omitti posse credimus, nisi forte loci consuetudine altud in-  
troductum sit per text.in d.l.1.C.h.t.Clar. in §.emphyt.quest.4. Donec lib.  
79. comment c.13. Et hec communior.est Dd.opinio ut refere parens meus  
d.lo.n.7.Coras.in l.1.C.h.t. Aeq; in hoc quoq; feudum ab emphytensi dif-  
fert. Præpos.in c.vn.n.5. quid sit iuest. 2.

21. Et vel in perpetuum, vel ad certum tempus, vel ad  
generationem aliquam certam, vel etiam simpliciter con-  
stituitur, emphytensis a. Hoc modo emphytensis consti-  
tuta, si ciuilis est, non modo ad omnes descendentes. ve-  
rum etiam extraneos heredes pertinet b. Si ecclesiastica  
ad omnes descendentes, etiam ultra tertiam genera-  
tionem c. Idemq; obtinet in perpetuum concessa emphyteu-  
si, si modo pro se & heredibus quibuscumq; accepta sit d.

a l.vle C.h.t.l.1.ff. si ager vectig. Nouel.120. b Iul.Clar. in §.emphy-  
tensis. quest.28. Parens meus d. lo.n.14. Dissent. Conan.lib.7.c.12.n. 2. Atq;  
ita feudum differt ab emphytensi: Nam in emphytensi non distinguitur,  
verum masculi an fœmina sint, in feudo vero soli masculi regulariter suc-  
cē-

cedunt. Clar. d.lo. quast. 28. c Nouel. 120. in qua maior ecclesia Constantiopolitana, in hoc areliquis ecclesiis separatur, quod illa, usq; ad tertiam generationem prædia sua in emphyteusin, dare potest, haec etiam in perpetuum. Dis. Couarru lib. 2. variar. resol. c. 17. Iason. in l. 2. n. 160. & 161. C. h. t. Emphyteusis tamen ecclesiastica ad extraneos heredes non pertinet. nisi id nominatum sit dictum. Alex. consil. 23. n. 4. lib. 1. Clar. d. quast. 28. Roland. à Vall. consil. 96. n. 4. in primo vol. Parens meus d. lo. n. 17. Secus, si pro se & filiis sit accepta, tunc enim ad solos descendentes pertinet Dd. prealleg. lo.

22. Ad certum tempus emphyteusis si constituta fuerit, idem in ea iuris est, quoad tempus illud, quod in præcedentibus casibus a. Si verò ad certam generationem emphyteusis constituta fuerit, ad solos descendentes, usq; ad generationem, in concessione expressam pertinet b.

a Nam si ciuilis est pertinet tam ad extraneos quam ad descendentes, intra tempus præstitutum, si ecclesiastica, ad solos descendentes d. Nouel. 120. & ibi Cuiac. vide Couar. lib. 2. variar. resolut. c. 17. in s. conclus. Clar. quast. 6. n. 3. Roland. à Val. d. lo. Parens meus d. lo n. 15. b Et hoc in causa nulla est inter ciuilem & ecclesiasticam emphyteusin differentia Dd. d. lo. parens meus n. 16. Cum itaq; ad descendentes semper emphyteusis suo modo pertineat questionis est: An filius repudiata patris hereditate, emphyteusin nihilominus retinere posset? Ad quod sub distinctione adhibita eleganter respondet Iul. Clar. d. lo. quast. 37. quem sequimur. Dis. Sonsbec. de feud. part. 9. n. 159.

23. Constituitur quoq; emphyteusis etiam testamento a, & præscriptione 30. vel 40. annorum, illa ciuilis, haec ecclesiastica b.

a l. si. domus §. pen. ff. de legat. 1. Ab intestato autem, non tam de novo constituitur, quam in heredes continuatur, Arnol. de Reyger. in disput. de iur. emphyt. th. 24. b l. litibus 21. C. de agric. & censit l. fin. C. de fundis patrim. l. sicut cum l. seq. C. de prescript. 30. vel 40. annorum Bal. de præscriptione part. 4. quast. 9. n. 1. Clarus remissiuè d. lo. quast. 7. VVes. in parat. ff. si ager vedi. n. 3.

24. Con-

24. Constituta dictis modis emphyteusi, emphyteuta  
vsumfructum rei emphyteuticæ, & proinde omne eius  
commodum consequitur a, cuius consequens est, etiam da-  
mnum obueniens ad eum pertinere b.

a parens meus d. lo. n. 5. & 13. l. fin. C. h. t. d. S. adeo Inst. de locat. &  
cond. Ideoq, si aliquid incrementi fundo postea accesserit, id omne emphy-  
teute cedit, sine ullo nouo pensionis onere. Clar. d. lo. quæst. 41. Hinc etiam  
thesaurum in predio emphyteutico iuuentum à se, totum suum facit, Myns.  
in §. thesauros Inst. de rer. diuis. b Si particulare scilicet sit illud da-  
mnum: Nam si damnum sit uniuersale b.e. si tota rei substantia pereat, il-  
lud ad dominum spectat l. i. C. h. t. d. §. adeo inst. de locat. Geil. lib. 2. obs. 23.  
n. 22. & seqq. Iason. tn d. l. i. col. ii. C. h. t. Deciamus respons. 123. n. 7. in 3.  
vol. Nisi tamen de periculo, commodo, casu fortuito, rei emphyteutica eiua-  
que interitu, nominatim aliquid inter contrahentes conuenerit, tunc enim  
conventioni standum est d. §. adeo Inst. d. locat. & conduct. tot. tit. C. h. t.  
arg. l. i. ff. de pactis. l. semper in stipul. 34. ff. de R. I.

25. Et respectu huius iuris quod in re emphyteuta ha-  
bet, eam alij donare, filiæ in dotem dare, oppignorare a,  
& seruitutem ei imponere b recte potest, etiam non inter-  
ueniente domini consensu.

a etiam locare, permuttere & quocunq, modo in aliud transferre potest,  
citra tamen venditionem, de qua postea, eaq, est communis interpret. sen-  
tentia. Clar. d. lo. quæst. 15. & 18. parens meus late d. lo. n. 47. & probatur  
hac sententia l. lex vctigali 31. ff. de pignor. glof. in l. fin. C. h. t. l. 12. C. de  
fundis patrimon. l. fructus ff. de R. I. Atq, ita alienationis verbum in ma-  
teria emphyteutica: quatenus dicitur emphyteutam alienare non posse. stri-  
cte sumitur, pro sola venditione. Atq, ita feudum ab emphyteusi differt-  
id enim cum alienari prohibetur, alienationis verbum late sumitur.  
b Ea tamen seruitus, in præindictum domini non vertitur, sed finita  
emphyteusi quoq, extinguitur l. 3. & ibi gloß. & Dd. ff de seruit. parens  
meus d. lo. per plures ibi adduct.

26. Vendere verò rem emphyteuticam omnino non  
potest a, similiter & ius suum, & meliorationes, nisi secun-  
dum præscriptum à Iustinian. in l. vlt. h. t. modum, ven-  
dere ei permittitur b.

a Quia

a Quia dominus rei non est; ideoq<sub>3</sub> non potest rem ipsam in alium trans-  
ferre arg.l.nemo plus ff.de R.I. b Nisi tamen aliud quoq<sub>3</sub> inter contra-  
hentes conuenerit. d.l.fin.C.h.t. Pruss ergo debet denuntiare domino, se su-  
um ius venditurum preciumq<sub>3</sub> domino verum nuntiare cogitur & tunc do-  
minus si vult. alys emptoribus præfertur: Quod si supra duos menses vo-  
luntatem suam non declarauerit alij cuilibet emphyteuta ius suum redit  
vendit. d.l.3.C.h.t.de quo latius videte Dd in d.l.3. & parentem meum  
d.lo.n.36. Coras in d.l.3 n.12. & 13. Atq<sub>3</sub> in hoc quoq<sub>3</sub> ab emphyteusi feudum  
differt, quod feudum sine consensu domini nunquam vendi potest. Eum  
quoq<sub>3</sub> qui domino volente emit, tanquam emphyteutam dominus recipere  
cogitur, modo quinquagesimam partem pretij, quæ laudemium Ud. nostris  
dicitur, domino dare us paratus sit. Schn.de feud.p.5.n.61. Coras. d.lo.n.25.  
parens meus d.lo.n.39. & seqq. Molinaus in consuet. Paris tit.1. §.13.glos.  
1.n.8. Hart.Pist.lib.1.quest.iur.quest.50. Atq<sub>3</sub> in eo quoq<sub>3</sub> feudum differt  
ab emphyteusi, quod à vasallo laudemium non exigitur. parens.meus d.lo.  
n.44.

27. Quod si dominus emphyteutam uti frui prohibue-  
rit, aut alius rem possederit, quo minus emphyteuta suo  
iure uti possit, datur emphyteuta utilis in rem actio.

l.1.si ager vectig parens meus de feud.c.1 n.15. Donel d.lib 9 c.14.

28. Et hæc de iure emphyteutæ haec tenus. Dominus  
proprietatem, siue quod idem est dominium rei emphy-  
teuticariæ retinet a, eiq; emphyteuta canonem quotan-  
nis soluere cogitur b, & quidem totum, non partem nisi  
uolenti c.

a Dd.communit.in d.5. adeo & d.l.C.h.t. Est enim dominium nihil a-  
liud, quam proprietas.l.si procurator 35 ff.de acquir. rer.dom. Et quod  
interdum l.ti. & Imp p dominum proprietatis aliquem nominant, id fa-  
ciunt respectu ususfructus, vt constat ex l. arbitria §. si dominus ff. de  
dol.mal l si tibi fundi ff. quib. mod. ususfruct. amitt.l. si ita legatus ff. de  
usu & habitatione l. sed eti proprietatis ff. ad L. Aquil. & alys textib. que  
allegantur à parente meo in § singulorum Inst. de rerum dñis b d.5.  
ader inst de locat tot tit.l.1 ff si ager vect. Et sic quoq<sub>3</sub> emphyteusis à feudo  
differt. nam feendum ea lege datur, vt vasallus fidelitatem domino pre-  
stet, ut canonem soluat. Nec à Canonis solutione emphyteuta excusatur, ob

C sterili-

sterilitatem, hostium incursum, bellorum calamitates, aut si pars aliqua fundi perierit. Br. in l. i. C. h. t. & ibi Iason n. 83. Clar. quest. 8. n. 6. & 7. Conan. d. lib. 7. c. 12. n. 7. Geil. lib. 2 obs. 27. n. 24. & seqq. Et sic feudum ab emphyteusi differt, quia propter paupertatem, vasallo servitia remittuntur. parens meus d. lo. n. 44. c. l. 4. C. de collat. fund. patrim. l. ob. signatione. 9. & ibi Donel C. de solutionib. l. quidam & ibi Costal. ff. de rebus cred. Quemadmodum & alias particularis solutio, in iusto creditori fieri non potest, cum ea non minima incommoda secum habeat. l. 3. ff. famil. erciscund. Pertinet quoq; ad dominū laudemium sive eiusdem inimicorum de quo supra th. 26.

29- Ut autem vterq; tam dominus quam emphyteuta ius suum consequi possit, commune remedium introductū est, actio quæ ex hoc contractu datur, per constitutionem Zenonis, quæ inde emphyteuticaria dicitur.

Iul. Clar. quest. 47. Stichard. ad rubric. C. h. t. n. 46. Cora in d. l. i. C. eod. n. 20. Nec enim ex hoc contractu qui nominatus est, ut supra diximus, aetio prescriptis verbis dari potest, ut recte censet Conanus d. lo.

30. Quemadmodum vero certis modis emphyteusis constituitur, sic quoq; certis modis perit, & quidem per ipsius emphyteutæ culpam, duobus. 1. Si canonem per tempus legibus statutum, non soluerit. 2. Si apochas fiscales, domino intra triennium non reddiderit b.

a statutum autem a ll. tempus, est in ecclesiastica emphyteusi biennium, in ciuili triennium d. Nouel. 7. & l. 2. C. h. t. In hoc feudum differt ab emphyteusi: Nam et si vasallus ex pacto debeat certum canonem, tamen propter moram triennalem, iure suo non cadit. Dd. communit. quos vide apud parentem meum d. c. 3 n. 44. Quid si partem soluerit volenti domino, partem vero non, quid iuris erit? pro parte eum iure suo priuandum censemus, Clar. quest. 8. n. 4. in fin. Cor. l. 2. C. h. t. Sed an interpellatione hoc casu opus sit, ut emphyteuta in mora constituatur questionis est? Nobis negativa opinio magis placet per d. l. 2. C. h. t. l. magnam in fin. C. de contrahenda & committenda stipulatione. Atq; ita quoq; emphyteusis a feudo differt. Nam vasallus non praestat servitia, nisi a domino requisitus o. vn. S. licet si de feudo defunct. content sit. parens meus d. c. 1. de feud. n. 24. Qui a dies emphyteuticarum quotidie loco hominis interpellat, & mora

tunc



tunc etiam sit quando dies pro homine interpellat dd. u.l. ad diem ff. de  
verb. ob l. lecta ff. de rebus cred. vide latè parentem meum d.lo. n. 20. &  
seqq. Hinc non minoris dubitationis est, An emphyteuta celeri satisfa-  
ctione moram illam purgare posset? Sunt qui illud affirmant, Donel. in l.  
si seruunt g. sequitur ff. de verb. ob. Robert. lib. 2. sentent. c. 18. Coras. in l. 3.  
n. 16. C. h. t. Sed negantum opinio verior est, eiq; & nos subscribimus d.l.  
2. & ibi Iason n. 72. & seqq. C. hoc tit. d.l. magnam C. de contrah. & com-  
mit stipulat. parens meus d.lo. n. 32. Quod si tamen dominus moram fa-  
ciat, & canonem recipere nolit, & emphyteuta canonem domino obla-  
tum consignatum deponat, elapso triennio vel biennio, iure suo non eadit.  
Dd. d.lo. Hic & illa moueri solet questio: Vtrum ad id ut emphyteuta  
sus suum amittat, sententia iudicis declaratoria opus sit, an vero ipso in-  
re, emphyteuta sus suum amittat? Nos parentis mei sententiam hac in  
parte sequimur qui d.lo. n. 24. & 25. tradit ipso iure emphyteutam ius su-  
um amittere declaratoria nihilominus opus esse. Atq; in eo, quoq; feu-  
dum ab emphyteusi differt, quod feudum ipso iure non amittitur, nisi in  
duobus casibus, licet quam plurimi contrarium sentiant. Sed & illa hic  
questio proponi solet? An dominus propria autoritate, emphyteutam ex  
prædio expellere posset, ob moram triennalem? & in hac parte parentis mei  
negantis opinioni, iuri & rationi consona subscribimus. d.lo. n. 30. Sed quid  
de herede emphyteuta dicemus, qui ignorans rem emphyteuticam esse, in  
solutione canonis, moram triennalem fecerit? Nos aquo rem Geili sen-  
tentiam putamus lib. 2. obs. 48. n. 4. existimantis, illum ob id iure suo non  
esse priuandum b. d.l. 2. C. h. t. Est etiam aliis modis, quo ob suam cul-  
pam emphyteuta iure suo cadit. qui ab his duobus dependet, putasi nega-  
uerit, se emphyteutam esse, arg. c. vn. si de feud. defunct content. sit inter  
dom. & vasal. Arnold. de Reyger in disput. de iur. emphyt. lib. 55.

31. Sine culpa quoq; emphyteutæ, emphyteusis inter-  
dum extinguitur, præscriptione, finita generatione, &  
tempore elapso.

De his omnibus vide quæ supra à nobis allegata sunt in th. 22. & 23.

32. Atq; hæc de emphyteusi eiusq; iure dicta suffici-  
ant: Ex quibus facilè vnumquemq; colligere posse puta-  
mus, in quibus ea cum feudo conueniat, & in quibus ab  
eodem differat. Illud solummodo adiicimus, in his quoq;

feudū differre ab emphyteusi, 1. quod heres emphyteutæ, à domino renouatione inuestituræ petere nō tenetur vasalli heres tenetur. 2. Quod plures causæ sunt amittendi feudū, quā emphyteus in. 3. Quod prædium emphyteuticū, emphyteutæ iure extincto, propter vēditionē recidit ad dominum, feudum antiquum ex ea causa amissum ab agnatis reuocari potest, 4. & ultimo emphyteuta non præstat domino iuramentum, vasallus domino iuramentum præstare cogitur. Ut hæc omnia apud parentem meum latius videre licet. ad quem vos hac in parte remittimus.

*Coronidis loco contractum libellarium ab emphyteusi differre statuimus.*

F I N I S.



**ULB Halle**  
003 338 150

3



TA-02

VD 77





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-329898-p0024-7

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

